







CETTE RELIURE A ÉTÉ REFAITE PAR GUEL ENGELMANN A PARIS EN 1860
























NOBILITAS


GERMANIA

POLONIA

IGISMUNDVS III DE GRATIA
REX POLONIA MAGNVS DVX LIT
HVANIA RVSSIA PRVSSIA MASOVIA SANO
GITIA LIVONIA Q̄ NEC NON SVECORVM
GOTTORVM VANDALORVMQ̄ HEREDITARIVS REX.

Significamus p̄ntibus hīs n̄ris quorum interest vniuersis & singulis Exhibita nouis
esse certa priuilegia attestaciones ac l̄ras manibus Ser̄morum Imperatorum Regum ac
Principum subscriptas & sigillis eorundem obsignatas integras nullique suspicio
ni obnoxias, primas quidem contineri a Ser̄mo Henrico VII Romanorum ob pra
stantia merita & fortes ausus factaq̄ Nobilitatis decus Schembekorum familiae col
latum. Alteras vero à D. Carolo IV Imperatoribus super certam pensionem praefato
Schembeko ob egregia contra hostes edita facinora, eodemq̄ post unum Exercitus Perfecit
ad Crelsiacum, easo ipsius successoribus in testimonium virtutis benignè, nec non de
renissimū Rudolphi Imperatorum rescripta testimonium ac beneficiorum insignium à
Principibus aliquot collationes maioribus ob res illorum fortiter & praeclearè gestas
beneuolè concessa nominatim vero collationem Abbatis Sedlicensis in qua ad eun
da is vetustatem sui generis familiaque multis usque authenticis documentis clari
tata ab octingentis annis continua maiorum suorum sibi inuicem in possessionem
virtutis ac honorum succedentium senè abundè & legitime iuxta iuris obseruanti
am legesq̄ patrias demonstrauit & comprobauit, ac insuper a Ser̄mo olim D. Sigis
mundo Augusto auunculo nro charmo super indigenatum in Regno nro inibus Re
gni id permittentibus dexteritatis & virtutis huius Schembekorum familiae fideiq̄
in Rempub. & laudis armis & periculo vita pro Repub. qua sita causa indultas Supli
catumq̄ nobis est eorundem nomine vt eadem auctoritate nostra Regali approbare
ratificare & confirmare dignaremur. Quam l̄ram eorundem tenor sequitur & est talis

HENRICVS DEI GRATIA ROMANORV IMPERATOR SEMPER
Augustus ac Luxemburgen Comes. Vniuersis Sac. Rom. Imp. fidelibus ac alijs p̄ntes lit
teras inspecturis quos opportunum nolse fuerit in perpetuum gr̄am nram & bene
uolam voluntatem Regum Regi cuius ineffabili clementia in specula dignitatis Impe
rialis constituti Romani Imperii inclinata gubernamus prestare obsequium arbitra
mur.





mur cum omnibus Christianis ac cunctis nostri Imperii subditis pacem & communi
 preparamus & coram meritis nostram munificentiam & liberalitatem impertimur
 ac exhibemus Sane igitur licet Nobilis Henricus de Schoenbegk fidelis noster dile-
 ctus ex predecessibus suis attaus proavis & avus cum sua posteritate titulo & ar-
 mis ac militari ornamentis ex longo fuerit insignitatis ac demunificentia Illustri ante-
 cessorum nostrorum Romanorum Imperatorum annos ante quingentos dotatus
 de nro tamen specialis dilectionis ardore quo ipsum complectimur habito respectu
 virtutu ac meritoru prefati Henrici Schoenbegk ac fauorabiliter ad ips actus pios ac
 strenuos inclinati quibus culmini nro assiduo peruigil non parcens periculo perso-
 naq ac substantia sua placere meruit & pro nro ac imperii nri statu cu in aliis multis
 locis tum potissimum ad Urbem Romam cum amulus & aduersarius noster Rupre-
 chtus Rex Apulia hareret & fortunam sibi contrariam volens impedire corononem
 nostram experiretur strenue & laudabiliter desudauit: ad ipsius elevatione emerita
 inclinatione quadam ducimur naturali vt in illo liberalitatis & gra nra Casarea ve-
 stigia relinquere mus & testimoniu meritorum ips nobis sinceriter prestitorum
 perhiberemus. Quocirca de speciali Mris nostrae munificentia ipsum per manus
 nostras vna cum multis nostris aliis Nobilibus fidelibus nostris dilectis tempo-
 re Coronationis nostrae in Romanum Imperatore super gloriose solio nro Cae-
 reoensis publice verber insignitum & in Equitem creatum & nominatim le-
 gitime & huiusmodi ornamento meritis ipsius competenti insignitu omnibus &
 singulis cuiuscunq gradus & conditionis hoibus tam aliorum quam imperii nostri
 subditis denunciatum & publicatum pntis scripti patrocinio vt merito ampliori-
 bus nra gra fauoribus ipsu sentiant exaltati declaramus annunciamus & confirmamus
 decernimus eundem sapenominatum Henricum Schoenbegk vti venimus &
 legitimum Equitem omni dignitate & iure optimo frui debere & valere
 quo ceteri hoc Equestris dignitatis splendore insigniti gaudere consueuerunt Nul-
 li ergo hominum liceat paginam nostrae gra & munificentiae infringere vel in ali-
 quo ausu temerario contraire quod qui facere presumpserit graue nre Mris offensam
 se nouent incursum. Testes huius rei sunt Venerabiles Henricus Colonien Baldui-
 nus Treuren Ecclesiarum Archiepiscopi, Illustres Radolfus Saxonia Valdemarus
 Brandeburgensis




3

Brandeburgenſis Leopoldus Auſtria Ducis, Spectabiles quoque Bartoldus de Hennen-
burgk Vdalricus Lucemburgenſis Ditenow de Caſtello Comites & alii quamplures fide-
digni. In cuius rei teſtimonium preſentes ſcribi & noſtra Maieltatis Sigillo iuſſimus
communiri. Datum in Caſtris apud Imperialem montem ſupra Florentiam perma-
nus Venerabilis Henrici Tridentini Epilcopi Aula noſtra Cancellarii per dilecti ac Prin-
cipis Octauo Kalendas Februarii Indictione XI Anno Domini Milleſimo trecente-
ſimo tertio decimo Regni noſtri Anno Quinto Imperii vero primo



IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FELICITER AMEN.





CAROLVS QVARTVS DIVINA FAVENTE CLEMEN^{TE}NTIA
Romanorum Imperator semper Augustus & Boemia Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Ad superni Regis exemplum cuius inasimabilis gratia dono vniuersis per orbem terrarum regnantibus altius nos esse sublimatos agnoscimus personas Nobiles & militia deditas exinnata nobis mansuetudine & munificentia, gratiosis fauoribus libenter prosequimur & decorum honore statuq; honesto iugis sollicitudine inter alias incumbentes nobis sarcinas attentius vigilamus. Sanè a nra non excidit M^{emoria} sicut etiam multis nostris Principibus exisit & fidelibus subditis manifestum qualiter temporibus retroactis clara & sancta memoria inuictissimus Princeps Henricus Imperator, auus noster gloriosus ac Illustris quondam Ioannes Bohemia Rex Genitor noster dilectus in variis bellorum expeditionibus opera Nobilis Henrici de Schoenbergk in ducenda turma Galeatorum vsi fuerant & eidem multa militia decora contulerant: Constat etiam nobis quomodo supranominatus Henricus Schoenbergk vna cum dilecto genitore nro in bello gallico paucos ante annos pugnando gloriose ad Cressiacum occubuerit ac seruitorum suorum stupida praestitorum laudabilem finem imposuerit. Nos cum obstrenua seruitia extincti Henrici tum etiam ad excitandum milites nostros quoscunque & ad demonstrandam gratitudinem praestitorum seruitorum vniuscuiusq; Curienti nostro Nobili Friderico Schoenbergk demortui filio obfidelia quoque opera ipsius quibus nobis maiorum suorum vestigiis insilens, a iuuenilibus suis annis potissimum vero in pugna Lombardica ad Oppidum sancti Felicis ac postmodum contra Bolkonem Principem Zaganensem & Minstenbergen complacuit ac animum sincerum suae fidelitatis nobis semper exhibuit ex liberalitate nostra & munificentia Caesarea stipendium patris ipsius tercentos videlicet nummos aureos soliti ponderis pro solario annuo ex perceptis arrarii nri durante vita ipsius dandos & solucendos statuimus & assignamus ac ad maiora ipsi gratiam nram Caesarem ac filiis Sebaldovi delict & Henrico ipsius, prima quaque occasione promptam oneramus. Praesentibus vero obligamus successores nostros in clita domus nostra, vt si aliquando durante vita nostra, supradicto Friderico Schoenbergk non exolueretur, extunc immediate & demum etiam post obitum nrum quem altissimus diu auertat omnibus impedimentis



impedimentis procul motis annuatim semper à Praefectis & Magistris contributio-
 num nostrarum iam existeri & in posterum futuris solvatur. Nulli ergo hominum li-
 ceat hanc paginam nostrae M^{ajestatis} infringere vel quovis ausu contraire temerarie si quis
 autem contrarium attentare praesumpserit gravissimam indignationem nostram eo ipso se
 noverit incursum. Testes huius rei sunt Venerabiles Fridericus Ratisborien^{sis}, Iohannes
 Lutomysslen^{sis}, Sacrae Imperialis Aulae Cancellarius & Teodoricus Minden^{sis}, Eclārum Ep^{iscopus}
 Illres Rupertus Senior Comes Palatinus Rheni Sacri Imperii Archidapifer Bolko Falke
 bergens^{is}, Petrus Borboni Duces Spectabiles Burchardus Burgavius Magdeburgens^{is}, Impe-
 rialis Curia Magister Albertus de Anhalt & Henricus de Swarczburg Comites, nec
 non Nobiles Iodocus Ulrichus & Iohannes fratres de Rosenberg & Herbortus de Iano-
 wicz & alii quamplures nobiles fide digni. Primum sub Imperialis M^{ajestatis} n^{ost}ra sigillo
 testimonio h^{ab}itu. Datu Pragae anno D^{omi}nⁱ Millesimo trecentesimo quinquagesimo quin-
 to VIII^o Indice V^o Calend^{is} Septembris Regⁿⁱ n^{ost}ri, anno Deci^{mi} Imperii v^{ost}ri primo.



HERC. POLORIAN
 DE PISA. A. GRA.
 V. 1572.



SIGISMUNDVS AVGVSTVS DEI GRATIA REX POLONIAE
MAGNVS DVX LITHVANIAE RVSSIAE PRVSSIAE MAZO
VIA SAMOGITIAE LIVONIAE Q DOMINVS ET HAERES

Significamus presentibus litteris nostris quibus expedit vniuersis
Quod cum ex authenticis testimoniis Serenissimorum Romanorum Imperato
rum euidensimè nobis constisset de auita & gentilitia Nobilitate Nobilis &
sincerè nobis dilecti Bartholomai Schönbegek Marchiaci tum ex singulari co
mendatione Illustrum Alberti & Friderici Marchionum Brandeburgensium
& in Prussia Stetini & Pomerania Ducum consanguineorum nostrorum cha
rissimorum, tum ex fidelibus seruitiis ipsius ab ipso nobis praestitis quibus à
nobis indigenatum ac incorporationem inter alios Regni nostri Nobiles
contendisset & cum submissa instantia affectasset. Nos lubentes tantam
gratiam cum in primum virtutis qua in illo sat luculenter refulget tum
ob respectum commendationis homini praesertim de Nobili sanguine
creto haud denegandam existinauimus. Idcirco autoritate nostra Re
gia eundem supranominatum Nobilem Bartholomaeum Schönbek oēsq;
illius filios ac nepotes legitimos in perpetuum presentibus hisce
litteris nostris inter ceteros Regni nostri Nobiles eorumque ordi
nem ritum cetum & statum asserimus aggregamus & incorporamus
volentes vt idem Bartholomaeus Schoenbegek & cum suis succes
soribus iisdem libertatibus & praerogatiuis quibus ceteri Regni
nostri Nobiles gaudent, vtatur gaudeat & fruatur. In cuius rei
fidem & euidens testimonium praesentes litteras nostras ma
nu nostra subscripsimus & sigillo nostro communiri iussimus
Datum Varsoviae die Vigesima Quinta Mensis Iulii Anno

Domini






Domini M^o DLXVI^o Regni vero nostri anno trigesimo^o septimo: Sigismundus Augustus Rex sp^l.



RVDOLPHVS SECVNDVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS, AC GERMANIÆ HVNGARIÆ, BOHEMIÆ DALMATIÆ CROATIÆ SCLAVONIAE REX ARCHIDVX AVSTRIÆ MARCHIO MORAVIÆ LVCEMBVRGBENSIS ET SILESIAE





DVX LVSATIÆ Q MARCHIO ETC. NOT V M
facimus tenore presentium vniuersis & singulis hasce nostras visuris
& inspecturis. Posteaquam in pntia Abbatia Sedlicensis, a morte vlti
mi eiusdem possessoris. Francisci Peczeli de facto vacat Nos ad humil
limam petitionem Venerabilis Fratris Antonii Flamini Abbatis Mona
sterii Aula Regiæ Visitatoris Ordinis Cisterciensis fidelis dilecti benignis
simè consensisse vt in Abbatem dicti Monasterii Sedlicensis Nobilis
& Religiosus frater Valentinus Schoenbegk cuius pietas eruditio can
dor atque honestas nobis commendatur praficeretur & more solito at
que recepto in id introduceretur. Confirmantes huic presentibus nostris
Caesareis eundem Valentinum ex potestate Regiæ Bohemiae Maiesta
tis in Abbatem sãpè nominati Monasterii, atque insuper Fratri Anto
nio benignissimè mandantes, vt intellecta hac nostra clementissima
voluntate ipsum Conuentui Sedlicensi nomine nostro tanquam Abba
tem a nobis confirmatum presentet, & adhibitis vsitatis ceremoniis ad
officium hoc ritè legitimeq; obeundum introducat: simul etiam fratribus
præcipiat, vt illi obedientiam ad præscriptum regulam omni tempore præstet
etcum debito honore prosequantur. Volumus etiam vt Frater Valen
tinus Abbas Sedlicensis omnibus iuribus Priuilegiis & commoditati
bus non secus ac antecessores ipsius plene & omnimodè gaudere fru
iq; possit, & ab omnibus subditis nostris cuiuscunque gradus conditi
onis aut autoritatis si in Regno nro Boemia fuerint aut extiterint
iique qui ad eandem Abbatiam spectant pro vero & legitimo Ab
bate agnoscat & habeatur secus nulla ratione facturis. Datis in Re
gali nostra Praga Octaua Septembris Anno Millesimo quin
gentesimo




gentesimo nonagesimo Octavo Regnorum nostrorum Romani vige-
 simo Tertio Hungarici vigesimo sexto & Bohemici vigesimo tertio.
 Rudolphus ff. Ad mandatum Sacrae Caesareae M^{ti}s proprium Christopho-
 rus liber baro a Sebusina, Ioannes Milnerus. Frater Bernardus Prior Se-
 dlicensis cognomine Scultetus nomine totius Conuentus ff. Ex registra-
 tura beneficiorum Monasterii Sedlicensis per me Nicolaum Korineu-
 de monte Oliueti Capitaneum & Secretarium eiusdem Monaste-
 rii Anno 1607 die Vndecima Iunii *ms. n. a.*



PHILIPPVS SPINELLVS EX DVCIBVS SEMINARIAE






DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ARCHIEPISCOPUS Collosensis Episcopus Policastrensis, Vtilis Dominus, Cæsaris Sclitii Turris Vrsaria & Petrutia Camera Apostolica Clericus. Præsidentis & Sanctissimi Dñi nostri Dñi Clementis Diuina prouidentia Papa VIII & dictæ sedis ad Sacram Cæsaream Mætem cum potestate Legati de latere Nuncijs per vniuersam Germaniam Hungariam Bohemiam &c Nouerint vniuersi & singuli pñtes Iras nostras visuri lecturi pariterq; audituri, qualiter nos die Dominica quinquagesima XIII Mensis Februarii Anno MDC Praga in Monasterio montis Sion Ordinis Præmonstratensium hora nona antemidiem intra Missarum solemnias existeret in Pontificalibus seruatis seruandis iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dilecto nobis in Christo Domino Valentino Schembeckk Abbate Electo Monasterii Sedlicensis prope Gottembergam Diocesis Pragensis decuius electione & confirmatione satis edocui sumus, solemnem benedictionem imperpetuum & eum ut moris est infulauimus. Præsentibus ibidem admodum Reuerendis Dominis Georgio Bertoldo Pontano Metropolitana Ecclesia Pragensi Præposito, Ioanne Baptista Polseuino Theologo & Theophilo Stephano Secretario Latino familiaribus nostris ac alijs multis. In quorum fidem & testimonium has præsentes litteras nostras benedictionem huiusmodi continentes manu nostra subscriptas fieri & Sigilli nostri magni quo in talibus vtimur iussimus appensione communiti Data Praga in aedibus nostris solita residentia die Decima septima Mensis Februarii MDC. Philippus ex Ducibus Seminaria Archiepiscopus Spinellus Nuncius Apostolicus. Gratus in omnibus. Albertus Venturinus Auditor Generalis. Frater Bernardus Prior Sedlicensis cognomine Scultetus nomine totius Conuentus s̄t Damianus Castilia Cancellarius s̄t Exregistratura beneficiorum Monasterii Sedlicensis per me Nicolaum Korincum de Monte Oliueti Capitaneum &

Secretarium



Secretarium eiusdem Monasterii Anno Millesimo Sexcentesimo septimo die Undecima Junii *1671*




Welebnemu Walentinowi z Szenbegku Opatu Klastera Matki Buozy Sedlcze, wierně naszemu milemu. RVDOLPH Druhi z Buozy milosti, Woleny Rzymisky Cysarz, Vherski a Czecki Kral. Welebniy wienny nasz mily. Vkazuge toho zwlastncij a dulezita potreba nasze, tak derauz tobie milostiwie porauczety racyne: Aby se y hnet pododani tobie psani tohoto naszeho Cysarskeho, nedaduuce sobie nitsiemuz [skromie motzy Bozey] wtom prikazety, na Cestu wyprawil, sem do Prahi przigej, a kpresidentu a Raddam naszym Komory Cieskie nagity se dal. Przyczyna toho a Milostywa wule nasze bude tobie auštnie od nich oznamena. A uatom gistu, a milostiwu wuli naszey Cysarsku naplnisz, Dan na Hradie naszem Pralskem, w Autery po Swatem Michalu Archangelu, leta Szesnacytyzeho Cztwerteho, a Korolowstwy naszych Rzym skieho Dewietymczytmeho, Vherskeho Trzyzeho Trziteho a Cieskeho Tridezateho.

Rudolphus *1671* Nicolaus z Sztainbergkay *1671* Admandatum Domini Electi Imperatoris proprium, Dstciaštny Molsonsky *1671* I. Piedrzymowski *1671*

Rudolphus







RVDOLPHVS SECVNDVS DEI GRATIA ROMA

norum Imperator semper Augustus ac Germania Hungaria Bohemia Dal-
 matia Croatiae Sclauoniaque Rex Archidux Austria Dux Burgundia Mar-
 chio Morauia Luxemburgensis & Silesia Dux Lusatiaque Marchio & Uniuer-
 sis & singulis Principibus Ecclesiasticis & Saecularibus Archiepiscopis Episco-
 pis Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus Nobilibus Capitaneis & ami-
 cis & beneuolentia affectum subditis vero fidelibus nostris dilectis gratiam
 nostram Casaream & omne bonum. Significauit nobis Venerabilis frater Valeri-
 nus Augustus Schonbegk Abbas Sedlicensis nobis dilectus fratrem suum pa-
 truelin Egregium Hieronimum Schonbegk apud se morantem cupere ite-
 rum in patriam reuerti & quo institutum hoc commodius & citra quoduis
 impedimentum ad effectum possit perducere lris sibi explicatis a nobis be-
 nigne prouideri humillime petit. Nolentes itaque precibus ipsius acquisi-
 tis deesse ab omnibus & singulis supranominatis ad quos pntes nra per-
 uenerint amici & beneuolis nostris beneuole postulamus subditis vero
 cuiuscunque status aut conditionis fuerint mandamus vt eundem Hie-
 ronimum Schonbegk per omnia loca quiete secute libere & absq; omni
 impedimento expedire ire, transire sinant ac permittant. In quo amici &
 beneuoli nostri rem nobis gratam & pari officio aliquando compensanda
 facturi subditi vero nostri expressam Casaream nostram voluntatem,
 omnino executuri sunt. Ad cuius rei fidem litteras has Sigillo nos Tro-
 muniti iussimus Datas Praga e Regali nostra tertia die Aprilis Anno
 Millesimo Sexcentesimo septimo Regnorum nostrorum Romani Tri-
 gesimo secundo Hungarici Trigesimo quinto Bohemici eundem trige-
 simo secundo Rudolphus ff Ad mandatum Sacrae Casareae Maiesta-
 tis proprium Sclenco Adalbertus Poppel de Lobcowicz R. S. Bohe-
 mix Cancellarius, Henricus de Pismiez ff Ioannes Mencellius ff





NOS VALENTINVS AVGVSTVS SCHONBEGK



Dei gratia Abbas Sedlicensis & Scalicensis Protonotarius Apostolicus & Curia Lateranensis comes Palatinus. Vniuersis & singulis quorumq; dignitatum Officiorum Ordinum & cuiuscunq; preeminetia hominibus tam in hoc Regno Bohemia ditionis Sacri Romani Imperii quam aliis Regnis dominiis & Prouinciis hic & vbilibet constitutis presentes nostras visuris lecturis & audituris salutem ac studiorum officiorumque nostrorum diligentem commendationem Notum facimus ac tenore presentium testamur qualiter ad instantiam & petitionem Nobilis Hicronimi Schonbegk patruelis nostri charissimi in prentia Venerabilium ac multorum generosorum ac Nobilium personarum Genealogiam Antecessorum nrorum pia memoria prout a Benedicto Schonbegk germano fratre aui nostri fideliter accepimus enumerauimus q; maioris amoris ac affectionis erga omnem nostram familiam gra fide conscientia & autoritate nostri officii confirmantes & asserentes hisce eandem patentibus describi ac veraciter inseri curauimus Qua est tenor talis. Oerlacum a Schonbegk Anno Domini Octingentesimo Decimotertio post deuictos Saxones V Calendas februarii a Carolo Magno Aquisgrani Nobilitatum primam stirpis nostra Schonbegkiana originem extitisse cuius rei testimonium anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo in pradio Kokoscka dicto exustum est eius successores adtempora Henrici septimi Imperatoris per annos fere quingentos propagati vti ex originali eiusdem Caesaris luculenter sub data anni Millesimi trecentissimi decimi tertii demonstratum peruenerunt ac postmodum successiue cum in Henrico Schonbegk qui ad Cresiacum in Gallis aurata militia miles militando occisus est tum in Fridenco Schonbegk occisi filio Aulico Caroli quarti circa annum Domini Millesimum trecentessimum quinquagesimum sextum & vterius



claruerunt Ex qua linea proueniens Petrus Schonbegk Patre Sebaldto a Schonbegk
 matre Catherina Spigelin a Tisenhaus progenitus Maximiliano primo Imperatori
 Romano sua seruitia Aulica praestitit qui postea eodem Sanctissima memoria Imperato
 re ex periculo venationis damarum, & Ilicum Comitatus Tyrolen' in territorio Oeni
 pontano de monte noniinato Send Martinsuand miraculose liberato maximam lau
 dem & pramium obtinuit postmodum vero idem Petrus Schonbegk relic'is quatuor
 or filiis ex Margaretha a Schleinicz Nobili Misnen' Petro vet' Henrico Eduardo &
 Bartolomeo Schonbegk'is procreatis intra breue temporis spatium mortuus est qui ex
 ephelis egressi in mediocri aetate varias mundi plagas mansionibus suis elegerunt Pri
 mus enim natus Petrus Schonbegk, ut Chronicon rerum Prussicarum per Magrum
 Casparum Schutzen conscriptum & postmodum per Doct. Dauidem Chytricum
 continuatum ac denuo Anno Millesimo quingentesimo Nonagesimo nono in
 presum folio quadringentesimo Decimo sexto testatur Anno Domini Millesimo
 quingentesimo septimo, Imperii Maximiliani primi Romani Caesaris Anno Deci
 mo tertio, Regniis vero Sigismundi primi Regis Polonia Anno primo, in Prus
 siam peruenit ubi ducta in uxorem vidua Anna Czapska ex illa Ioannem &
 Benedictum patrem & patrum parentis nostri ex Anna Sparenberck ge
 niti suscepit & sic in nobis & fratribus ac sororibus nostris germanis ex Mar
 garetha a Peczwiez procreatis in semine suo non defecit. Henricus natus secundus
 honorum Tyrolen' ex primo periculosa illius venationis Maximiliani Primi Im
 peratoris acquisitionum sorte contentus in comitatu eodem remansit, huius succel
 sores l'um fluente tempore mutato titulo & statu Nobilitati in Album Baronu
 accedentibus meritis & gra' Caesarea securarunt ingrossati & sic mutato statu
 nomen queque Marchiacum Antecessorum suorum Schoenbegk in Austria
 cum Schonbach transmutarunt eorum haeredes ad hac vsq' tempora nra perma
 nent. Eduardus natus tertius in Marchia Brandeburgen, solo ac patria antecess
 sorum suorum delectatus ad vltimum terminum vita sua remansit qui du
 ctus in uxore Valpurgi Carlouitzia





MONTI SENSU MARITIMORUM VENTURIS
MONTI SENSU MARITIMORUM VENTURIS



I PROCVL VOLVPTAS





PETRVS SHONBEK
MILLITIE PVTE
NICE CAPITANEVS
ANNODNT
1307



PETRVS A SCHONBEK AVLI
CVS ET COMESPENATIONIS
TIROLENSIS PERICULO SEAD
MONTEM DICTVM SENZZ
MARTINSVAND MAXIMILII
PRIMI IMPERATORIS VIXIT
ANO 1498




REVS PATER
FRIDERICVS SCHONBEK
SOCIIATVS IESV THEODI
GVVS ET PRESBITER
ANO CHRISTI 1399



VALENTINVS AVGVSTVS
SCHONBEK ABEAS SEDI
CENSIS ORDINIS CISTER
SIENSIS IN REGNO BO
HEMIE ANNO DOMINI
1600 DIE 17 FEBRVARII



PATER SIGISMVNDVS SCH
BEK ORDINIS SANCTI FRAN
CISCI DE OBSER
VANTIA ANNO
1610



VENCESLAVS A SCH
BEK CANONICVS
CVNTINVS ANNO
DOMINI 13204



HIERONIMVS SCHONBEK
MILES LIVONICVS PER
CONTINVS TO ANNO
CONTRA CAROLVM ALICE
SVPERNA LINDIE
ANNO DOMI
1601



ALEXANDER BARTHOLO
VS SCHONBEK MILES CH
LIVONICVS TYM MOSCOWI
TICVS POSTREMO CAPITANVS
VS FEDTVM S.R.M. SMO
LENSIANDORVM PER ANNO
18 CONTINVS AB ANNO
1601



GABRIEL SCHONBEK CM
NIVS CAMERARIVM SALINA
RIVM MASOVITICARVM
S.R.M. ZVBARIVS ANNO
1601



ZEBALDVS A SCH
BEK PVBER NOBILIS
CAMERE CAROLI
QVARTI IMPERA
TORIS ANODNT
1355



HENRICVS A SCHONBEK
PVBER NOBILIS
CAMERE CAROLI
QVARTI IMPERA
TORIS ANO
DOMINI
1355



ZEBALDVS A SCHONBEK
VITIMVS HERES CASTRI
SCHONBEK ET VANCIE
VE QVE VENDIDIT PETRO
ARCHIEPIS COPO MAGDE
BYRGENSIS ANO 1400



FRIDERICVS A
SCHONBEK CVRI
ENSIS CAROLI
QVARTI CESARIS
ANO 1345



HENRICVS A SCHON
BEK PVBER AVEA
TYE HEARICSEPT
MI INERATORIS A
QVODAM MONACHO
IN EVCHARISTAIN
TORIACHI GALE
ATORVM DIX INOB
SIDIONE FLORENTI
NA ANNO 1313



HENRICVS LIBER
BARO A SCHONBACH
ANNO DOMINI
1300



BARTHOLOMEVS SCHON
BEK PRIMOGENTIVS
HVIVS INDIGENVS
RARIVS LICVIENSIS
S.R.M. ANNO
1389



NICOLAVS SCH
BEK ANNO
DOMINI
1616



STANISLAVS SCH
BEK ANNO
DOMINI
1600



IOANNES SCHON
BEK CELEBS ANNO
DOMINI
1397



VTRAQ

CIVES

GENEALOGIA
FAMILIE
SCHONBEKIANE
QVAE
IN ROMANO IMPERIO
INCEPIT
ANNO CHRISTI 813
SVE
S. CAROLO MAGNO CESARE

FAMILIA SCHONBECORV
IN
REGNV HOC POLONIAS
PERVENT
ANNO CHRISTI 1307
REGNANTE
SERENISSIMO SIGISMVNO
PRIMO
REGE POLONIE



MERVISSE SATIS



GERLACVS A SCHONBEK GENTILIS TEVTO SA
AQVIGRANI BAPTISATVS ET AVREL ANVLLI
ET NOBILITATVS ANNO CHRISTI INCARNATI 813 V CALENDAS FEBRVARII

PEDETENTIA







GR. HIERONIMVS SZEMBEK MILIT. LIVON. COEVR. SALIS S. RM. CVRAB.
 GR. ALEXANDER BARTOLOMEVS SZEMBEK SRM. PEDITV. SMOLEN. CAPTANEVS.
 GR. GABRIEL SZEMBEK SRM. EV. PARVM. MAZOVITICAR. ADMINSTRAT.






Acta in uxorem Valpurgi Carlouctia plurimam ex illa prolem tam masculam quam fa-
 mineam reliquit eius succores, nepotes, pronepotes, & abnepotes, diuina benedic-
 tio ne propagati omium frum ipsius succores numero & multitudine per Dei gram su-
 perant, sicq. in linea sua hucusque non est extinctus. Bartolomeus quartus & vlti-
 mus in Marchia quoq. pecuniaria sorte contentatus, vitam pacificam duxit; demum
 vero ducta in uxorem Adhete Dudischia ex ea duobus filiis Bartolomeo & Henri-
 ce procreatis, fungens officio Rentmagri Electoris Brandenburg. in Guitate Standa-
 lia Marchionali mortuus est; post illius obitum Bartolomeus anno Dni Millesimo
 quingentesimo trigesimo quinto in Polonia cum legatione Marchionis Brande-
 burgen. discessit, vbi delectatus amantate regionis, ducta primum in uxorem
 Elbingia Stanowna, & dein ipsa mortua, secunda Margareta Schilingia, ex illa
 multam prolem vti Bartolomeum, Nicolaum, Stanislaum, Joannem, & Margareta
 Leychtembergii, Elizabetha ac Hedwigim, Paczkonum, consortes, reliquit, quoru filii
 ac filia ac nepotes in Polonia sufficientes, ex quibus supranoiatu Hieronimus
 Schonbeck est vnus, per Diuinam gram reperiuntur. Henricus vero Bartoloei
 filius & fr. senioris ac iunioris germani consilio ductus & is in Polonia sede suam
 fixit, qui vxoratus multos succores ltimos tam masculos in Rulsia qua famellas
 in maiori Polonia post mortem suam reliquit, qui ad hac vsque tprantia in linea
 sua non defecit. Sic igr lineam antecessorunorun per Diuinam singularem ele-
 mentia a septingentis nonaginta quatuor annis & vltra ad nos vsque conser-
 uata & propagata prout a maiorib; nris supranoiatu accepimus, sincere &
 veridice enumerauimus, & enarrauimus, & desuper hoc nrum diploma seri-
 biserio iulissimus Maioris autem ac euidentioris testimonii gra. illud ipsum
 manu nra propria subscripsimus ac sigille nro maiori coiti curauimus, Acta
 sunt hac, in pntia totius uenlis Conuentus nri vct frum Bernardi Schulteti,
 prioris, Clementis Buszik Viceprioris, Michaelis Cuculi dispensatoris, Professo-
 riu Sedlicen; ac Gnosor, & Nobilium, D. Venceslai Poppel de Weseze






S. Regni Bohemiae supremi Exercitus Laistenampitii & Buriani Wiltzkowski de
 Wilczkowicze & in Dolan qui ad hasce nias pntes requisiti, ac rogati, manus suas
 proprias subscripserunt, & Sigilla sua apponi curauerunt Datum in Monasterio
 Sedlicensi Anno Dni Millesimo Sexcentesimo septimo, die decima Mensis Iu-
 nii, Valentinus Augustus a Schonbegk idem Abbas qui supra manup^{na} Fr' Ber-
 nardus Schultetus priorst, Fr' Clemens Bulikst, Fr' Michael Cucullusst, Vencesla-
 us Popel de Welsze Sup^{ms} Leitenonst Burian Wiltzkowsky de Wilczkowicz in
 Dolanst. Cuius quidem suppliconis uti a quitati consentanea nos benignam ra-
 tionem habendam cluximus, ob insignia eximia dexteritatis, fidei, ac constantia,
 tam belli quam pacis atibus, nobis abunde comprobata Szembekoru' prastan-
 tiaque erga nos & Reipub. merita. Quamprimu' enim Regni huius iure
 censeri ceperunt, nullam unquam occasionem benemerendi de Reipub. pra-
 temittere passii sunt, qua non extremo etiam vita periculo, & fortissimis au-
 sis deuotu' Reipub. animum, magna cum gloria testarentur, Quam maioru'
 suorum laudem Generosi Hieronimus, Alexander Bartholomaeus, & Ga-
 briel Schembeci fratres germani milites, quasi iure haereditatio adseduo-
 lutam eximia animi contentione amplexi, magnum, maiorum suorum splen-
 dori, fortibus cori, hostes Regni editis facinoribus, decus adiecerunt. Nam
 & Michaele Moldauro hostilia signa contra nos efferente, penes Ille & Mag^{cu}
 olim Ioannem Zamoscium Supremum exercitus nri Ducem, & post Carolo
 Sudermania Duce infestis armis contra fas & gentium iura Luoniam lac-
 sente, sub signis Mag^{ci} Ioannis Caroli Chodkieuicii Luoniae gubernatoris
 & moderni Palatini Vilneni, ac insuper Moschouitico bello oppugnationeque
 ipsa Smolensciana penes ipsammet personam nram, in ducendis centuriis pedi-
 tum, ea virtutis constantia, & fortitudinis, amore huius Reipub. incensa pra-
 buerunt facinora, qua non nisi a fortissimis uiris & amantissimis Reipub. Ci-
 uibus expectari poterant. Eam ob rem nos pro eo quo benemeritos prosequi-
 mur affectu, dignos eosdem maiorum suorum laude & gloria a maio-



ribus eorum fortiter acquisita, & testimoniis tantorum Principum approbata, dignos
 virtute, & immunitatibus, prerogatiuis, libertatibusq; quibus Polona Nobilitas
 de iure vel consuetudine gaudet ob singulare erga nos & Rempub. praestitum
 studium esse censuimus, censemusq; & tales successoresq; eorum omnes vtri
 usq; sexus in perpetuum ab omnibus censi & existimari volumus ac decer
 nimus. Eas vero praesertim in omnibus earum punctis conditionibus
 & contentis ratificamus, approbamus, & confirmamus, praesentibus: eademq;
 in perpetuum ratas esse, & firmas, & pro ratis haberi, volumus, praesentium
 vigore. In quorum omnium fidem, praesentes manu nostra subscripsimus,
 & Sigillo Regni nostri communiti mandauimus. Datum Varsaviae in Comi
 tiis Regni Generalibus die xx Mensis Aprilis Anno Domini M DC
 XVI Regnorum nostrorum Poloniae xxix Suediae xxiii anno.

Christianus Rex

Sam Lubienko



SAVOGITA



SAVOGITA



PRIMERANIS



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.



Faint, illegible text or markings on the right side of the page, possibly bleed-through or a watermark.

